



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

4 Vtrumne iudici liberum sic pœnam iuris relaxare

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

ratio hoc tantum ab accusatione differes, quod qui denuntiat non tenetur probare, alias nemo denuntiare auderet. Quarta denique causa est, dum quis fraternam correctione premissa euangelicè denuntiat fratrem prelatum ut patri. Tunc enim si denuntiatarius fuerit dicto audiens, non licet prelati ad penas & infamiam procedere, sed illic cessare debet ubi correptus frater, correptus subinde apparuerit. Nam illic tendit ille processus. Sin verò rebellis extiterit, tunc rebellio accusatoris vicem gerit, ut possit prelati in eum lege agere, ut infra limatus parebit. Hæc enim non est hic locus emunctus examinandi.

ARTICVLVS IV.

Virum iudici liberum sit penam iuris relaxare.

Primū
argū.

Quartum denique quod in iudice requisitum est, ad iudici pertinet executionem. Et ideo videre restat, an liceat iudici penam relaxare. Arguitur ergo à parte affirmatiua. Admonuit nos Iacobus capit. 2. iudicium sine misericordia ei manere, qui misericordiam non fecerit, ergo non solum penam iudici misericorditer licitum est relaxare, verum etiam debitum.

Secūm.

Secundò, id confirmatur Dei exemplo, qui (ut habetur Ezechiel. 18.) non vult mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, & viuat. Tertio: Id quod alicui prodest, nemini verò nocet quicumque iuste præstare potest, ergo saltem ubi qui iniuriam passus est, noxiam condonat, poterit & iudex remittere noxam. In contrarium sunt legis testimonia: Legimus enim Deute. 13. de idololatria: Non parcat ei oculus tuus ut miseraris & occides eum, sed statim interficies eum. Et de homicida. 9. Morietur, neque misereberis eius.

Distin-
ctio.

Ad questionem hæc, quæ facillima est, supposita distinctione per duas conclusiones respondetur. *Alia enim est longè ratio supremi iudicis, puta principis, penes quem summa est imperij, à ratione inferioris, qui seu eius minister, à ratione dignitatis legum sanctionibus deputatus*

est. Prima ergo est conclusio. Antequam pars læsa iniuriam remittat, nullus iudicis siue summus sit, siue infimus remittere potest penam. Probat. Duplex enim nomine tenetur iudex (scelerosum supplicio tradere. Priori, quia causam definire debet inter ipsum, & accusatorem. Posteriori quia minister est reipublice, qui non priuata, sed publica potestate vindex est iniuriarum, quæ in ipsam sunt. Nam qui cui iniuriam infert, reipublice subinde eandem impingitur. Igitur iudici duplex oblat impedimentum ne valeat à noxa absoluerum, alteram ex parte accusatoris, ut quod alterum ex parte reipublice. Quocirca quidam qui iniuria affectus est, in accusacione persistit, non fit iudici liberum reum indemnem seruire. Ob id quod, cum iusti custos, tenetur vnicuique ius persequenti suum reddere, & si contrarium faceret, perinde atque ille delinqueret, qui de alio misericors est, teneturque subinde ad restitutionem tam iniuriam quam damnum. Vnde 5. Ethicorum Aristoteles capite 2. Quando homines, inquit, vident non sibi per iniusta supplicia compensari iniurias, in seruitute se viuere arbitrantur. Posterior conclusio. Postquam accusator à accusatione contentus desisterit, in arbitrio est supremi iudicis penam relaxare, aut commutare, tale autem arbitrium inferiori non committitur. Posterior hoc membrum inde fit planum, quod iudici inferiori præscriptus est à superiori agendi modus, & ideo sic legibus assignatur, ut nequeat earum præscripta exire. Vnde super illud Ioannis decimo. Non haberes super me potestatem vllam. ait Augustinus. Talem Deus dederat Pilato potestatem, ut esset sub Cæsare, ne ei omnino liberum esset accusatum absolueret. Prius autem conclusionis membrum ex eo veritatem sortitur, quod princeps tantum est legum custos, verum dispensator. Non inquam absolutus, ut possit illas pro arbitrio suo veluti pallium suum expendere, ac dissipare: sed tam potest ubi decere videbit, aut bono publico expedire, in legibus dispensare. Quo fit ut accusatore desistente, & veniam ei, quem accusabat deprecante, non subinde obligatur princeps penam condonare, sed est in arbitrio suo illam infligere. Quo reob
metia

merita rei debet perpendere. Et posset esse ille iam sceleratus, & debeat supplicio eum addicere: quod si non faceret, iniurius esset reipublicæ: ut puta quando publicus esset sceleratus, aut laicus, vel studio sceleratus. Secus quando vniu. præ humana fragilitate commisit crimen. Sed nunquid non posset reus, qui vniu. fecit humanum delictum tam insigniter esse reipublicæ utilis, vt etiã seclãmante accusatoe posset vita donari? Respondetur hoc impendio quàm rarissime liceret: nisiulo in vniu. usu venire posse, vt deceret principem (quod habetur 1. quæstione 7. capit. si quem poenauerit.) accusacionem aboleret, & accusatorem compelleret, vt prudentum arbitrio alia satisfactio ac esset contentus, vt persona, vel ad bellum gerendum, vel ad alia munera egregiæ cõmoda seruarietur.

Ad tertium autem iam responsum est, quod iudex remittendo poenam, etiam accusatoe cessante nocuum: infert reipublicæ, quatenus metum de medio tollit, quo homines arcentur a malo. Vnde Deut. 13. Post poenam seductoris subiugitur: ut omnis Israel audiens timeat: & nequaquam ultra faciat quidpiam huius rei simile.

QVÆSTIO V.

DE IVSTITIA ACCVSATORIS.

San. Thom. 2. 2. quæst. 68.

ARTICVLVS I.

Vtrum quispiam teneatur alium accusare.



Secunda persona in iudicio est actor, vel accusator: nam nisi ille qui noxius est ab alio in iudicium deferretur, nunquam ipse veniret. In

accusatore autem quatuor sunt consideranda, scilicet obligatio, forma, iustitia, & poena si iniuste accuset: de quibus ideo quatuor extruuntur art. Primò ergo quaeritur vtrum quispiam teneatur quempiam accusare. Et arguitur à parte negatiua. Primò, quia Matth. 6. iubemur debitoribus nostris dimittere debita. Et ad Rom. 12. Non defendentes, hoc est non vos vindicantes carissimi: sed date locum iræ. Secundo: Amicum in iudicium traducere amicorum fidei derogat: ergo id minime fas est. Tertio: si accusatio esset uirtutis præceptum, nemo inde exciperetur: multi autem ab accusatione repelluntur, vt secunda questione septima, latè patet de excommunicatis & infamibus, ergo non est præceptum. Quarto: Si tale esset præceptum, illud potius officium deberemus prælati, & amicis persolueret: sed eadem causa & quæstio, prohibentur subditi, nisi in certis casibus, Prælatos accusare. Et præterea clerici accusantur laicos, & illos accusare: & maxime in causa sanguinis, vt patet Concilio Tolitano quarto. 23. quæstio. 8. cano. his, a quibus & cano. clericis.

Quatuor in accusatore consideranda. Primū argum. Secundū. Tertium.

Quartū.

Cõcilij Tolet.

Ad primū. Ad primum igitur argumentum respõdetur quod personis priuatis quàm rarissime, immo vix potest in remittendis iniurijs excessus contingere: ad eò nos districtè commendant Christus inimicorum dilectionem. Publicis autem magistratibus, quia patroni, & protectores iustitiæ sunt, præscripta est linea incliãandi in misericordiam. Debent quidem genere suo esse clementes, neque ex assas disquirere, technaque innectere trucidandi homines. Immo quod Aristot. etiam 5. Ethic. agnouit, & est inter regulas iuris, debet esse clementior ad minucenda, mitigandaque supplicia quatenus tam enest ratio iustitiæ & legis. Inde enim exiire, non est clementia, sed clades publica. Quia uero & illi, qui pietatis obicntu nimium procurant malefictores è iudicium manibus eripere, non patent egregium pietatis opus exhibere: inferunt enim sepe iustitiæ violentiam. Neque illic locum habet exemplum Christi, suis crucifixionibus veniam a parte deprecantis: quippe quod ad culpæ remissionem pertinebat. Et perinde responderetur ad secundum, quòd cum Deus sit in quem primum, præterque peccatur, post remittit culpam, & poenam, vt ei placitum fuerit. Tamen si ybi ait, Nolo mortem peccatoris, de eterna id intelligit: ob idque subdit, sed ut magis conuertatur & uiuat, videlicet spiritali uita. Poenam autem iam nemini relaxat, præterquam in sacramento, nisi secundum opera & fructus poenitentiæ.

DO
DE
IUS
III
3